

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

778

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

ejus locum sepulture dedi, quam dominus Adrianus papa pontifex summus mihi dedit ad
 serviendum et ego ipse ab urbe Roma in hanc regionem super humeros meos cum ministris
 meis cum magno decore transtuli. propterea, dulcissima domina et heres mea sancta Maria,
 tibi dono corpus sanctę Sophię. commendo et ipse ipsam ecclesiam, quam in honore sancti
 Trophimi dedicavimus, ubi ipsa sancta Sophia preposita in corpore requiescit, cum ipsa insula 5
 Ascgaugia, quam Roduna religiosa dei et Adala abbatissa earum portiones de ipsa insula
 nobis vel sanctę Sophię tradiderunt vel condonaverunt seu cartas coram testibus firmaverunt.
 propterea tibi, dulcissima, dono, et heres mea sancta Maria, tibi trado ipsam insulam pro
 animę meę remedio vel pro ęterna retributione, ut apud pium dominum veniam merear
 adipisci sempiternam. et tu piissima domina mea pro me dominum Jesum Christum, quem 10
 tu in utero meruisti portare, deprecari digneris, ut mihi peccatori veniam sempiternam donet.
 ideoque dulcissima domina et heres mea, tibi ipsam insulam supra nominatam Ascgaugiam trado
 cum omni integritate vel soliditate, cum basilicis, cum domibus, ædificiis, curtis, pomiferis,
 mancipiis, vineis, silvis, pratis, campis, terris, proterrariis, faranariis, pascuis, peculiis utriusque
 tam majoris quam minoris sexus vel mancipiorum vel peculiorum, aquis aquarumque decur- 15
 sibus, vel quicquid dici aut nominari potest et mea ibidem legitima hodie videtur esse
 possessio, vel quicquid ad ipsum locum sanctum aspicere videtur vel a bonis hominibus per
 series scripturarum ibidem condonatum fuit, vel quicquid ego ibidem acquisivi aut mihi
 traditum fuit, vel per comparationis titulum acquisivi. et ego iterum per donationis titulum
 ad ipsum locum sanctum delegavi tibi, dulcissima domina mea sancta Maria, in ea ratione, 20
 sicut superius conscripsimus, tradimus atque transfundimus, ut tu ipsa pro peccatis meis
 exorare digneris, ut veniam merear accipere et molem peccaminum meorum minuere. simili-
 liter tibi dono, dulcissima domina et heres mea, in alio pagello Aragougense monasteriolum,
 quod dicitur Werith, super fluvium Araris, et est ipsa insula in fine Grezzinbach, quod 25
 Rapertus¹ episcopus a novo opere edificavit et ipse mihi per suum cultellum coram testibus
 tradidit, et iterum germani ipsius Raperti his nominibus Erlulfus et Cundbertus ipsum
 monasteriolum requisierunt, et ego ipsos exinde revestivi. sed postea gratias deo et inter-
 cedentibus bonis hominibus et xenio meo, quod ego dedi, vel beneficium meum, quod ego
 illis per precariam beneficiavi, dum ipsi adviverent et exinde nobis censum solverent, et post
 eorum obitum in nostram revocarem dominationem, et ipsum beneficium hoc est, quod 30
 Raperti proprietas fuit ex alode. et pro hoc ipsius germani Raperti ipsum monasteriolum
 nobis iterum tradiderunt coram testibus, seu et cartulam traditionis nobis fecerunt, et de
 ipso monasteriolo nobis revestierunt, et per festucam sibi exinde de ipso monasteriolo exiti
 fecerunt coram testibus, sicut lex Alamannorum fuit. propterea tibi, dulcissima et heres mea
 sancta Maria, dono tibi ipsum monasteriolum^a, quod dicitur Werith et est in honore sancti 35
 Leodegarii martyris in fine Grezzinbaccense in insula super fluvium Ararim, tam pro salute
 animę meę quam pro remedio animę Raperti episcopi, ut tu ipsa intercedas pro nobis, ut
 mereamur a deo adjuvari, ut deleantur delicta nostra et veniam sempiternam apud pium
 dominum mereamur accipere. propterea tibi, dulcissima et heres mea sancta Maria, dono
 ipsum monasteriolum superius denominatum cum omni integritate vel soliditate, cum basilicis, 40
 cum domibus, ædificiis, cum omnibus adjacentibus vel appenditiis, cum villis, curtibus, curtiferis,
 mansionariis, terris, proterrariis, mancipiis, campis, pratis, silvis, vineis, farinariis, pascuis,

a) B wiederholt die Silbe mo.

¹ Unbekannt. E. Læning *Gesch. d. deutsch. Kirchenr.* II, 447 vermuthet in ihm einen Alemannen, 45
 der durch einen irischen Bischof die Bischofsweihe erhalten habe.

aquis aquarumque decursibus, peculiis utriusque sexus tam majoris quam minoris, mobile et immobile, quicquid dici vel nominari potest, vel quicquid hodie visus sum possidere, et quod ad ipsum monasterium pertinet vel a bonis hominibus per cartulas traditionis vel concessionis vel venditionis ad ipsum locum sanctum sancto dei Leodegario delegatum fuit. tibi, dulcissima
 5 et heres mea sancta Maria, hæc omnia superius denominata tibi trado atque transfundo in ea ratione, sicut superius diximus. quod ego ipse et Scolastica nepta mea et Raderamnus abnepos meus, dum advivimus, per tuum beneficium domna mea et successores mei, qui tunc temporis esse videntur, habere debeamus sub usu fructuario, et censum annis singulis ad
 10 festivitatem sanctæ Mariæ in dedicatione ipsius altaris, quod modo dedicavimus, solidos 20 in argento dare debeamus. et hoc volumus, ut ipsos solidos illic clerici nostri canonici in nostra elymosina recipiant, ut ipsos melius delectet die noctuque deo et sanctæ Mariæ deservire et pro nobis dominum exorare, et ut nomina nostra scripta sint in libro vitæ, et ut corpusculum meum in illa cripta, quam novo opere feci, requiescat. volo ego et precor et rogo succes-
 15 nec Raderamno abnepoti meo de ipso beneficio, ^a quod ego dedi, eicere foras, hoc est illa cella sanctæ Sophiæ in insula Aschaugia et illo monasteriolo in Aragaugia, quod dicitur Werida. et si ista contempneritis aut aliud facere vultis, nisi quod ego superius conscripsi, ante tribunal Christi exinde deducatis rationem et hoc non valeatis facere. et quandoquidem cum ego Remigius et Scolastica et Raderamnus jam fati munus impleverimus, tum sacro-
 20 sancta ecclesia sancta Maria agentesque tui totum ad integrum, sicut a nobis fuit possessum, in vestram revocetis potestatem atque dominium, et tibi perpetualiter, sancta Maria heres nostra, proficiat in augmentum. et hoc volumus et supplicamus, ut post nostrorum quoque discessum nullus homo illas cellulas Aschaugiam et Werida, quas ego ad sanctam Mariam dedi, nullo tempore in beneficio habeat. si quis vero vel quæcunque persona quolibet tempore
 25 quocunque ingenio contra hoc testamentum, quod ego spontanea voluntate inspirante divino magisterio feci et ego ipse scripsi, venire aut agere temptaverit aut contrarius esse voluerit aut minuere aut irrumpere conaverit, inprimis iram dei incurrat et ab antistite, qui tunc temporis est, coram deo et sancta Maria excommunicatus existat et illa die tremenda, cum districtus examinatus advenerit, reus et iudicatus discedat, et insuper inferat sanctorum
 30 actoribus sacrosanctæ ecclesiæ sanctæ Mariæ heredi meæ una cum sacratissimo fisco auri libras 5, argenti pondera 25 coactus exsolvat, et quod repetit vindicare non valeat, et nihilominus presens pagina testamenti firma stabilitate debeat permanere cum stipulatione subnixa. actum Argentina civitate. notavi diem et annum quem supra.

Ego in dei nomine Remigius peccator gratia dei episcopus hoc testamentum a me factum
 35 in amore sanctæ Mariæ, quod ego ipse manibus meis scripsi et superius scribere rogavi, relegi. et ego Gislebertus¹ acsi peccator episcopus subscripsi. ego Willibaldus² episcopus subscripsi. signum Garibaldi. ego Wiumadus^{b 3} episcopus. ego in dei nomine Waldericus⁴ vocatus episcopus subscripsi. ego Walachus⁵ vocatus episcopus subscripsi. signum Zullino.

40 a) In B kleine Lücke gelassen. b) B Wiumad der Schaft von d nach unten verlängert mit Querstrich oben.

1 Ein Gislebertus ist Bischof von Noyon, 769—782.

2 Wohl Willibaldus Bischof von Eichstätt, 741—786.

3 Weomadus Bischof von Trier, 753—791.

4 Ein Waldericus Bischof von Passau, 774—804.

45 5 Für Walachus liest Grandidier Walabertus, Bischof von Basel um die Mitte des 8ten Jahrh.

signum Lantfridi. signum Ballone. signum Harbaldi. signum Friderichd. signum Rashinfridi, qui et ipse consensit pro parte uxore sua Harilandæ. in dei nomine Remigius peccator episcopus feci hoc testamentum in honore domini et sanctę Marię Argentoratinse de Aschagia, quę est in Uuibilesheim marcha seu et in Bladbotesheime marcha, pro animę meę remedio una cum ipso corpore sancto sanctę Sophiæ similiter et in alio loco, qui dicitur Werida monasteriolo, quod est in marcha Grezzinbach, pro animę meę remedio et pro anima Ratberti episcopi. signum Anteneri. signum Licenzio. signum Erineneberti. signum set Anteneri. signum Raderamno. signum Uualdegysi. signum Uenantię. signum Scolasticę. signum Erinenegundę. signum Maurind. signum Aginone. signum Audeberti. signum Widerici. signum Adone. signum Aribio. signum Anausoni. signum Berggro. signum Alione. signum Hardrino. signum Rotmundi. signum Apponi. signum Alaholfo. signum Scaione. signum Haimone. signum Uuanhaldo. signum Hildibrandi. signum Uuolfgrimo. signum Leoboino. signum Audrico. signum Erhusto clerico. signum Hilderici clerici. signum Geruuigo clerici. signum Adalmanno. signum Nanduigo clerici. signum Hildimano. signum Hildiberti.

Idus martii^a.

Carta quam fecit Remigius episcopus ad sanctam Mariam de Aschagia¹ et de Werida monasteriolis.

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 2. cop. mb. von einer Hand des 10ten Jahrh. von Anfang bis Ende geschrieben.

Gedruckt ebendaher bei Grandidier Hist. de Vegl. de Strasb. II p. j. p. 130 nr. 73 fälschlich für Autograph gehalten = Neugart Cod. dipl. Alem. I, 65 (stückw.) = Migne XCVI, 1582. — Schweiz. Urk.-Reg. nr. 108. Mit Recht nimmt Rettberg Kircheng. Deutschl. II, 70 und 88, dem sich Hegel D. St-Chron. IX, 748 anschliesst, an der Form der Urkunde, den fortwährenden Apostrophen der Maria und der ängstlich sorgfältigen Beobachtung der Rechtsnormen für Testamente Anstoss. Er vermuthet hierin einen spätern Urkundenfälscher, nicht einen unbefangenen Testator des 8ten Jahrh. Zum Mindesten liegt sicher eine spätere Uebersetzung vor. Da in der Schrift der Zeugennamen vereinzelt sich Buchstaben und Ligaturen der Merovingischen Cursive finden, so ist vielleicht für diesen Theil eine ältere Vorlage anzunehmen.

17. Imma verkauft ihrem Sohne Güter im Elsaß u. a. in Straßburg für den Preis von 600 solidi. 778 März 31.

Domino filio Imma genetrix tua venditur. vendidisse me tibi constat ita et vendidi id est in pago Alsacinse in locis nominatis in Ehinheim, in Uualabu, in Erin Ginsashaim, in Rodashaim et in Strazburga civitate, quicquid de terra Uualtharii conquesivi, id est cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, casis, casalis, peculiis, pascuis, aquis aquarumque decursibus. totum et integrum quicquid habeo conquesitum a die presente tibi tradidi. unde accepi a te in pretio

a) Allein auf einer Zeile ziemlich rechts in der Ecke stehend.

¹ Im Straßb. Bez. A. G nr. 2 befindet sich eine Pergament-Aufzeichnung des 12ten Jahrh. über die dem Kloster Eschau von den Straßb. Bischöfen Remigius, Wideroldus, Wilhelmus und Hezel gemachten Schenkungen, unter denselben schon von Remigius herrührend: in Argentina civitate curiam unam, capellam sancti Michahelis ante civitatem Argentinam. Gedruckt in der Gallia christ. V, instr. p. 473 nr. 16; Würdtwein Nova subs. dipl. VI, 235 nr. 102; Grandidier Hist. d'Als. II p. j. p. 75 nr. 436.